



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Prolegomena sex, & duos priores libros De Necessitate Divinæ
Gratiæ Ad Honesta Opera

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1620

Cap. XXXIV. Exponitur, ac defenditur mens D. Thomæ de auxilio gratiæ
necessario ad dilectionem Dei in statu naturæ lapsæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94086)

Clonatio.

Calogi, prout ad ordinem naturæ præcisè spectant, iuxta illud Pauli ad Rom. 13. *Non occides, non adultera- beris, non furum facies, in hoc verbo inflatur aut, diliges proximum tuum*, quod a fortiori verum est de dilectione Dei, ostendimus autem supra, non posse hominem lapsum sine auxilio gratiæ servare totam legem natura- lem; ergo multò minùs poterit Deum super omnia diligere, quia in hoc eminentiori modo obseruantia totius legis naturalis cõtinetur. Et confirmatur, quia amor super omnia vincit oia peccata mortalia, vel in effectu, si occurrant, quando ipse durat, vel in affectu, quia includit propositum de se efficax vitadi omne id, quod tali amor est contrarium: at verò im- possibile est homini lapsò vincere omnia peccata legi naturæ cõtraria sine speciali gratiæ auxilio, vt supra ostensum est; ergo impossibile etiam illi est, suis viri- bus habere dilectionem Dei victicem oium talium peccatorum vel in effectu, vel etiã in affectu per pro- positum efficax cauendi illa, quia non potest homo ef- ficaciter, & naturaliter proponere id, qd est sibi natu- raliter impossibile. Et declaratur amplius, quia dictũ est supra, non posse hominem lapsum vincere tenta- tionem grauissimã sine auxilio gratiæ; ergo nec pòt sine gratiæ auxilio habere propositum efficax vincẽ- di similem tentationem: ergo multò minùs potest di- ligere Deum super omnia, nã amor Dei includit, non solum propositum vincendi vnã, vel alterã, sed et- iam absolutè vincendi omnes tentationes repugnan- tes tali amorì, imò & vitandi perpetuò omnes occa- siones, & voluptates, quæ possunt hominem inducere in similem tentationem, eum vè in morali periculo peccandi mortaliter constituere.

CAPVT XXXIV.

Exponitur, ac descenditur mens D. Thom. de auxilio gratiæ necessario ad dilectionem Dei in statu lapsæ naturæ.

Difficile du- bium contra- riam rati- onem supe- rioris capitis.

EX fundamentis huius sententiæ sola vltima ratio est probabilissima, eamque maximè intendit D. Thom. in dicto art. 3. iuncto art. 8. & ita videtur eum exponere Caietan. dicto art. 3. Soto lib. 1. de Natur. & Grat. c. 22. & illa vtuntur alij moderni Thomistæ. Sed adhuc nõ quiescit mens, quia licet ratio illa rectè pro- bet, non posse hominem lapsum suis viribus esse ita constantem, & perseverantem in hac dilectione, quin aliquando contra illam peccet, non tamen probat, nõ posse hominem pro breui tẽpore, vel pro aliquo mo- mẽto exercere talem actum, qui sit absolutus propo- sito, & affectu, quamuis postea non sit futurus efficax in effectu. Accedit, quod tentatio, vel difficultas gra- uis, quæ possit talem actũ impedire, nec semper actu occurrit in presenti, vt est per se manifestum, quia se- pè potest aliquis, quãdo nulla tentatione pulsatur, de Deo cogitare, & se ad Deum diligendum excitare, nec possibilis tẽtatio grauis, aut difficultas futura in per- seuerantia illius amoris cogitatur explicite, quoties ille amor exercetur, nulla enim ratione hoc est neces- sarium, quia vt supra dicebam, non est necesse facere explicite comparationem, sed solum absolutè velle placere Deo in omnibus propter bonitatem suam. Ex quo resultat ratio sepe à nobis facta, quia act⁹ hic se- cundum se naturalis est, vt in præcedenti cap. dictum est: ergo in ratione, & voluntate hominis lapsi est to- ta virtus per se necessaria ad eliciendum hunc actum cum concursu generali Dei, quia naturalis virtus po- tentiarum non est diminuta per peccatum, vt supra etiam dictum est. At verò impedimenta, quæ possent hanc virtutem impedire, ne efficiat talem actum, non semper occurrunt, vt ostensum est: ergo non semper est impossibilis talis actus: ergo potest aliquando eli- ci ab homine lapsò ex solis naturalibus sine auxilio gratiæ. Confirmatur, quia vt amor sit super omnia, satis est, quod quamdiu durat, faciat seruare omnia præcepta, sed homo potest seruare omnia præcepta naturalia pro aliquo breui tempore sine auxilio gra-

tia: ergo pro eodem poterit habere talem actum di- lectionis.

Propter hanc difficultatem nonnulli Theologi, et- iam ex discipulis D. Thom. concedũt posse hominem lapsum diligere aliquo modo super omnia Deum vt finem naturæ suis naturalibus viribus, quãuis amor ille semper sit imperfectus, & inefficax, quãdiu ab au- xilio speciali non procedit, & ita D. Thom. interpre- tantur de amore super omnia perfecto, & efficaci, ne illi contradicere videantur. Vt aut non reducatur cõ- trouersia ad sola verba, oportet distinguere de qua perfectione, vel imperfectione actus sit sermo: iam n. supponimus, omnem amorem Dei merè naturalem quãtũcumq; in suo ordine super oia, & efficax sit, sim- pliciter esse imperfectũ cõparatione facta ad amorẽ charitatis: non possunt ergo dicti auctores loqui de hac imperfectione. Sic n. etiam homo in statu integre naturæ, & Angeli nõ potuerunt diligere Deum super omnia, nisi imperfecto amore: oportet ergo, vt lo- quatur de imperfectione opposita perfectioni, quam hic amor intra suum ordinem habere potest. Verum- tamen etiam intra illum ordinem potest actus multi- pliciter esse imperfectus, & à perfecto distingui.

Primò enim dici potest amor imperfectus, quia non habetur per actum absolutum, volo placere Deo in omnibus, sed per actum conditionatũ, seu simpli- cem affectũ, vellem. Et hoc modo vix est, qui dubitet, posse hominem lapsum amare Deum affectu ineffica- ci, seu conditionato, desiderando placere ei super oia, vt expressè tradunt Medina, & alij infra referendi. Nec inuenio aliquem contradicentem, præter vnum P. Vazquez, cui iam satis responsum est. Sed hic amor non potest dici super omnia, quia vna ex conditioni- bus ad amorem super omnia requisitis est, vt volun- tas toto suo affectu feratur in Deum, præferendo illũ rebus omnibus amicitia eius repugnantibus, qui aut solum conditionatè velle placere Deo, eo ipso nõ a- mat illum, præferendo illum omnibus, nam aliquid subtrahit, ratione cuius conditionem apponit. Vnde quoad hoc applicari potest vulgaris obiectio, quod is, qui tantum velle, sed de presenti non vult placere Deo in omnibus, eo ipso non amat Deum super om- nia, non quia nullum affectum habeat ad Deum, nam reuera cupit, & desiderat ipsum amorem Dei super omnia, non tamen exercet illum, licet exerceat alium imperfectum ad Deum, & amorem eius.

Secundò dici potest amor super omnia imperfe- ctus quoad extẽsionem aliquam ex parte obiecti. Sic enim Caietan. dicto art. 3. amorem Dei super omnia distinguit: vnum esse dicit, quo amans tantum refert in Deum omnia referibilia in ipsum, alium, quo sim- pliciter omnia in Deum refert, inter quos ponit dif- crimen, quod prior consistere potest simul cum ali- qua actuali culpa saltem veniali, licet non cum mor- tali; posterior verò vtatq; omnino expellit, quia nulla culpa est referibilis in Deum. Vnde prior amor imper- fectus dici pòt respectu secundi ex parte obiecti, quia non refert in Deum omnia simpliciter, seu non vult Deo placere in omnibus, sed cum quadam limitatio- ne, scil. in omnibus, sine quibus non potest amicitia subsistere, nõ verò excludit omnia, quibus pòt amici- tia tãpescere, vel augmentum eius retardari. Proprius autem diceretur, priorem amorem tantum referre in Deum omnia, quæ ex necessitate simpliciter (vt sic dicam) referenda sunt in ipsum, vt amicitia possit sub- sistere: posterior autẽ amor absolutè refert in Deum omnia, quia in omnibus, etiam minimis cupit place- re Deo. Et ita quantum est in se vult, vt nihil fiat ab homine, quod non sit referibile in ipsum, quod ta- men prior amor permittit.

Hac ergo distinctione posita, quæ optima est, & in amore etiam charitatis locum habet, dicere quis po- test, hominẽ in natura lapsò posse diligere Deum au- thorem naturæ super oia, & proprijs viribus priori a- more imperfecto propter rationem supra positã. Nõ

2. Sententiã rationem D. Thom. intel- lige de amo- re super om- nia perfecto, quod proxi- ma difficult- tas soluitur con- uincit, non autẽ de im- perfecto. Prædicta ra- tionem senten- tiæ per im- hac imperfectione. Sic n. etiam homo in statu integre naturæ, & Angeli nõ potuerunt diligere Deum super omnia, nisi imperfecto amore: oportet ergo, vt lo- quatur de imperfectione opposita perfectioni, quam hic amor intra suum ordinem habere potest. Verum- tamen etiam intra illum ordinem potest actus multi- pliciter esse imperfectus, & à perfecto distingui.

3. Nec itẽm eas- dem ab- soluto propo- sito.

4. Nisi actum illo quoad ex- tenditur ad vniuersa ve- nialia.

5.

tamen

Caietan. rationem D. Thom. de amore hoc proximo modo imperfecto facitur non procedere, sed de perfecto.

6. Prædicta tamen expositio non est ad mentem D. Thom.

tamen posteriori amore perfecto, quia in homine lapsus non potest esse amor, qui excludat omnia peccata venialia. In quo servatur differentia inter hominem integrum, & lapsum, nam homo integer, cum facile possit omnia peccata venialia vitare pro sua liberate, pro eadem poterat posteriori modo perfecto authorem naturæ diligere. Nec videtur Caietan. ab hac sententiā alienus, licet enim inquit, *Lites homo in statu naturæ corruptæ, quantum est ex sufficientia sua, possit ex puris naturalibus diligere Deum super omnia referibilia in ipsum, quæ tunc sunt in sua potestate, ut ratio probat, non tamen potest diligere Deum super omnia simpliciter, quia non potest non peccare.* Vtq; saltem venialiter; hunc enim sensum postulat ille discursus, & modus, quo soluit rationem dubitandi à se positam, scilicet, quod homo in hoc statu potest ex suis naturalibus cognoscere Deum, ut super omnia diligendum tanquam authorem, & finem naturæ, & idem potest etiam suis viribus per dilectionem huic cognitioni se conformare. Ipse autem respondet concedendo illationem solum cum illo addito, ut possit homo diligere Deum super omnia referibilia in ipsum, de quo amore dixerat, repugnare cuicunque peccato mortali, quia cum illo amore Dei non potest aliqua creatura amari ut ultimus finis. Ergo cum dicit, alium amorem, quem vocat super omnia simpliciter, non posse haberi ab homine lapsus per vires naturales, quia non potest vitare omne peccatum, necesse est, ut id dicat ratione venialium, alioquin nec discursus subsistit, nec consentaneè loquitur. Nec mirum est, quod Caietan. hic admittat priorem amorem super omnia in homine lapsus, cum id ex professo doceat in opusculis, ut allegauit.

Hæc verò sententiā, cuiuscunque sit, non est ad mentem D. Thomæ, nec vera, nec sibi constans. Probatur primò, quia D. Thomas eam dilectionem naturalem Dei super omnia, quam negat posse fieri ab homine lapsus non sanato per gratiam, concedit fieri posse ab homine sanitate gratiæ consequuto: sed homo etiam iustificatus non potest vitare omnia peccata venialia: ergo nec potest diligere Deum super omnia simpliciter, sed tantum quoad referibilia in ipsum, ut loquitur Caietan.; ergo de homine nondum sanato per gratiam negat D. Thomas posse diligere Deum super omnia, etiam quoad referibilia in ipsum. Deinde sicut homo lapsus non potest suis viribus vitare omnia peccata venialia, ita nec potest eisdem viribus vitare omnia mortalia; ergo si propter priorem impotentiam non potest diligere Deum super omnia in illo secundo modo perfectiori, etiam propter posteriorem impotentiam non poterit diligere Deum priorimodo, seu quoad omnia referibilia. Neque refert, quod impotentia vitandi peccata venialia sit maior, quam mortalia, quia cum utraq; sit impotentia simpliciter; magis, vel minus variat, nam etiam inter venialia maior est impotentia vitandi quædam, quam alia. Vnde si propter impotentiam vitandi venialia non potest homo suis viribus diligere Deum super omnia perfecto modo, idem est, quia non potest absolute velle, quod sibi est impossibile; ergo eadem ratione non potest amare priori modo, quia non potest absolute velle omnia mortalia peccata vitare, quia hoc etiam est simpliciter impossibile per vires naturæ. Et ita incidimus in fundamentalem rationem supra adductam pro sententiā D. Thomæ. Et sine dubio omnes qui illam sententiā tuerentur de illo naturali amore Dei loquuntur, qui mortalem lapsum contra divina præcepta naturalia excludat, etiam si non omnia venialia vincat, & illud putant esse impossibile per vires naturæ. Imò & Caietan. ipse in fine illius dubitationis illum amorem, quo in statu naturæ corruptæ nihil contra Dei amicitiam admittimus, Deumq; diligimus super omnia solum, quoad referibilia in ipsum tribuit gratiæ sananti naturam per charitatem, intelligitq; hoc esse necessariū etiam respectu præceptorum tantum naturalium.

Quomodo autem hoc cohareat cum his, quæ prius dixerat, non satis video.

Tertio modo dicitur naturalis amor perfectus, vel imperfectus quoad efficaciam. Et sic distinguunt aliqui, qui duplicem Dei dilectionem, vna est, quæ in affectu, & proposito etiam absoluto vult placere Deo in omnibus, & servare mandata eius, & nihilominus non est efficax, quia neq; in effectu postea servat præcepta, neq; sola sufficit ad resistendum omnibus contrariis, quæ in discursu temporis occurrunt: alia verò dilectio Dei est non tantum in affectu, sed etiam in effectu, alioquin quia & amat placere Deo, & id facit in omni occasione, contraria impedimenta superando. Prior dilectio consistit in vno simplici actu, qui in momento, aut brevissimo tempore habetur, ac tranfit: posterior verò non consistit in solo simplici actu, sed includit successiōem plurium formalium, vel virtualium, quibus cum effectu mandata servantur. Priorem ergo dilectionem vocant aliqui imperfectam, & inefficacem, & de illa affirmant, posse fieri ab homine lapsus sine auxilio gratiæ respectu Dei finis naturalis, & quando tentationes, & difficultates extrinsecæ affunt, & hoc modo expedit difficultatem supra propositam. Posteriorē verò dilectionem vocant perfectam, & efficacem, quam potuit homo habere in statu innocentie, non verò in natura lapsa. Et ita interpretantur D. Thomam, quia hoc solum probat ratio eius prout supra explicata est.

Atque hoc tandem modo putant posse Theologos conciliari, exceptis illis Doctoribus, qui dicunt, posse hominem lapsum servare diu omnia præcepta naturalia proprijs viribus, nam illi utramq; dilectionem viribus liberi arbitrij concedunt, quod absurdissimum & perniciosissimum est. Cum illa ergo distinctione, & moderatione amplexus est illam sententiā Molina in Concordia quæstion. 14. artic. 13. disputatio. 14. memb. 3. quæ in illo ab aliquibus modernis Theologis inter alias notata, & exaggerata est. Sed perfectio non fuit Molina primus, neque ultimus, qui illam tenuit opinionem. Nam (ut Caietan. & alios antiquiores omittam, qui simpliciter, & sine distinctione admittunt dilectionem naturalem super omnia in homine lapsus viribus naturæ operante, qui non possunt cum maiori moderatione explicari) eadem ferè distinctione in retilis Soto lib. 1. de Natur. & Grat. cap. 22. quam non reprobatur, sed potius declarat, & confirmat. Neque etiam negat, hominem lapsum posse diligere Deum priori modo viribus naturæ, sed potius illum simplicem actum admittit, quamvis neget illum esse vocandum amorem super omnia. Sic enim inquit. Hoc argumento consuevit nulli posse à nobis diligere Deum super omnia naturaliter. Quod reuera & absolum est Christianis auribus, & præter rationem collatum. Nam esto haberi ille actus naturaliter post, etiam ab eo, qui est in peccato mortali, nequaquam descendit est amor Dei super omnia. Non ergo dissentit in re, nam actum admittit, etiam absolutum, nam his verbis illum explicauerat, volo Deo in omnibus, & per omnia placere. Negat tamen illi actui denominationem, seu conditionem super omnia, quia non excludit quidquid est contrarium divinæ amicitie.

Infraverò ait, non posse hominem lapsum naturaliter omnia vno actu mentis velle referre in Deum, siquidem absque speciali auxilio non potest non incidere in culpam, quæ sit contra divinam amicitiam. Sed neque istud secundum cum priori satis coherere, neque illa ratione rectè probari videtur. Nam eo modo, quo vult aliquis illo actu placere Deo in omnibus, & per omnia, eodem modo vult omnia referre in ipsum, saltē prout id esse potest in præcepto, vel ut ad placendū Deo fuerit necessarium, quia hoc includitur in vniuersali obiecto illius actus: ergo sicut absolute affectu amat Deum, ita et in affectu omnia refert ad ipsum. Quod verò, qui sic amat, necessariò, aliquando postea peccet suis viribus relictus, pertinet ad effectum, non verò tollit

collit, qui ille affectus fuerit vniuersalis, etiā quoad referendū in Deum omnia referibilia. Imō quia peccatum contra legem naturæ postea commissum, est contrarium illi priori actui amoris, & virtualis retractatio illius, in defectu colligitur, illam amorem virtute comprehendisse relationem omnium referibilium in Deum. Denique hæc relatio continetur in substantia amoris Dei super omnia cum proportionem ad genus amoris naturalis, & supernaturalis; sed idem Soto lib. 2. cap. 14. in fine dicit, quemcunque actum potest habere homo, qui est in gratia, eundem posse etiā elicere peccatorem ex puris naturalibus quoad substantiam operis, & affirmat, se pro viribus hoc probasse priori lib. c. 20. & duob. sequentibus; ergo non potuit consequenter negare posse peccatorem ex puris naturalibus diligere Deum eo amore, quo referat omnia in ipsum, quia hoc ad substantiam actus pertinet. Cur ergo ille simplex actus amoris non dicitur super omnia, licet fortasse sit inefficax.

Præterea ab eadem sententia non videtur discrepare Medina dicta q. 109. ar. 3. Nam de dilectione naturali loquens in 2. conclus. de homine condito in puris naturalibus, ait, posse aliquo modo diligere Deum super omnia. Hoc autem explicat, & probat, quia in primo instanti visus rationis potest se conuertere in Deum, & proponere studium agere, quæ verba absolutum actum significant, quem statim explicat dicens, in eodem instanti potest habere hunc actum efficacem, volo placere Deo, & in nullo displicere. Et nihilominus in 3. conclus. addit, non posse talem hominem diligere Deum dilectione perfecta. Per dilectionem autem perfectam declarat illam, quæ seruat omnia præcepta. Nec potuit aliam perfectionem intelligere, quia si prior est eiusdem obiecti, & cum eadem vniuersalitate, & efficacia, ut ipse ait, id est, absoluta, ut Molina loquitur, quæ alia perfectio illi addi potest, nisi perseverantia, & actualis efficacitas. Vnde ratio, quæ ibi probat, talem dilectionem non posse esse perfectam, vel intelligenda est de hac perfectione, vel nullius est momenti, sic enim argumentatur. Voluntas efficax finis includit voluntatem efficacem mediæ, quæ sunt necessaria ad finem; ergo si homo diligit Deum super omnia (veiq. perfecte) consequens est, quod possit omnia præcepta adimplere sine gratia. Hæc autem ratio solum probat, posse hominem implere omnia præcepta quoad dilectionem illa durat, vel si in illa perseveret, ex quo ad summum colligitur, illam dilectionem per solas vires naturæ non posse esse perseverantem diu, quia et impleret cum effectu omnia præcepta, quod facere non potest. Ergo solum hoc addit hæc dilectio perfecta supra aliam, & si plus intendatur, illa ratione nullo modo probatur, quia voluntas efficax finis solum includit voluntatem efficacem mediæ, quamdiu durat, potest autem mutari, & tunc poterunt etiam media contemni; loquitur ergo de dilectione, quæ sit stabilis, & perseverans. Et ita in virtute ponit eandem distinctionem, & easdem assertiones. Easdemq. statim etiam ponit de homine lapsō, quas necesse est, eodem modo intelligere, cum ipse alias doceat, vires liberi arbitrii easdem esse in homine lapsō, quæ in puris naturalibus fuissent.

Eodem ferè modo loquitur de puero perueniente ad usum rationis Bañez 2. 2. quæst. 10. ar. 1. dub. 2. ad 4. ubi ait, non esse impossibile homini in statu naturæ corruptæ per vires eiusdem naturæ implere præceptum naturale conuertendi se in Deum, proponendo per totam vitam secundum rectam rationem agere, idq. volendo, quantum in se est. Hæc autem cōuersio continet amorem Dei super omnia, nam præceptum naturale de hoc amore datur, & illa cōuersio est ad Deum vt ad vltimum finem, & cum amore obediētiā, cum dicatur includere dictum propositū recte viuendi. Ergo est amor Dei super omnia per vnum actum simplicem, qui in vno instanti esse dicitur. Addit verò idem author, illud propositum reuera inefficax esse propter naturæ corruptionem. Non potuit

autem intelligere esse inefficax, quia sit tantum per modum velleitatis, seu voluntatis cōditionatæ; quia præceptum naturale non est de huiusmodi velleitate, quæ vix meretur nomē amoris Dei, sed de vero amore per absolutam voluntatem, cum vero proposito illi placendi, nam illa velleitas reuera non est verum propositum, neq. ita solet appellari. Loquitur ergo de inefficacia quoad effectum, vt statim ipse declarat, dicens, non posse hominem lapsū per totam vitam; neq. per longum tempus sine gratia omne bonū morale adimplere. Videtur ergo iuxta prædictam distinctionem loqui, & simplicem actum absolutum amoris Dei, & propositi dicto modo inefficacis, admittere in homine lapsō suis viribus operante.

Idem sumi potest ex Cumei. 1. 2. q. 109. art. 4. disp. 2. concl. 2. quatenus ait, posse hominem non tantum potentia physica, sed etiā morali implere omnia præcepta pro breui tempore, prout in eo occurrunt, etiam in natura lapsa, quia alias non tantum lapsa, sed extincta esset per peccatū, & addit, oēs Theologos ita sentire. Cū ergo dilectio naturalis Dei non censetur impossibilis homini lapsō, nisi propter obseruantiam omnium præceptorum naturalium, quæ includit, iuxta prædictam sententiam non erit impossibilis pro illo breui tempore, pro quo obseruatio omnium mādatorū impossibilis non est. Præsertim quia illo eodem tempore potest occurrere præceptum naturale amoris Dei sufficienter propositum per rationem naturalem. Denique nouissimè Lorca 1. 2. disp. 5. de Grat. circa fin. fatetur, præmissa præfata distinctione amoris, nullo argumento, probari, dictum simplicem actum esse impossibile, ideoq. *sauprobabile* existimat, hūc posse elici sine speciali Dei auxilio, quāuis dilectio diuturna, & effectiua impossibilis sit, & de hac posteriori dilectione D. Th. interpretatur. Et in quæstionis decisione sentit, sub illa generali regula multorum Theologorū, quæ D. Th. etiam art. 4. docet, scil. hominem lapsū posse singula præcepta legis naturæ vno vel alio actu pro paruo tempore implere, sub hac, inquam, regula etiam præceptum amandi Deum comprehendit. Non est quidem im-
ergo singularis illa opinio Molinæ, neque potest vlla censura notari; imō nec improbabilis iudicari.

Nihilominus tamen in eam sententiam induci non possum, vt existimem, illam fuisse mentem D. Thom. nā in primis non sine causa distinctas quæstiones proponit, vnam de dilectione, & alteram de obseruantia præceptorum legis. Et in hac posteriori vtrū illa restrictione de obseruatione præcepti quoad substantiā actus, vel quoad modum, quæ non vtrū in priori quæstione, sed absolute definit, non posse hominem in natura lapsa ex solis naturalibus diligere Deum super omnia; ergo intelligit, specialem impotentiam habere hominem circa dilectionem naturalem Dei super omnia, nā illam nec quoad substantiam potest homo lapsus efficere sine gratia. Loquitur ergo de quolibet actu dilectionis singulari, & diuini superto, & non tantum coniuncto cum diuturna obseruantia omnium mādatorum, alioqui nulla esset differentia inter dilectionem, & obseruantiam mādatorum, neq. potuisset quæstiones illas distincte tractare.

Quod etiam confirmari potest ex simili quæstione, quam de Angelis mouet 1. p. q. 60. ar. 5. an naturali dilectione diligant Deum, plusquam se, & respondere affirmando, idq. probat, tum ex morali præcepto diligendi Deum supra se, tū ex inclinatione naturali voluntatis. Ibi n. euidenter loquitur de dilectione, vt est singularis actus, ad quem est specialis, & maxima inclinatio voluntatis, & de quo datur speciale præceptū, & qui in momento fieri potest, vt factus est ab Angelis. In prædicto autem art. 3. doctrinam quam ibi tradidit, explicat per aliam, quam de Angelis tradiderat, & illam applicat ad hominem in natura integra, & ab illa excipit hominem lapsū: ergo sicut affirmat, Angelis, vel hominem integrū posse elicere suis viribus specialem actū dilectionis Dei super omnia, ita id negat de homine

12.
Similiter
Cumei.

Actandem
Lorca.

Dña expo-
sicio Molinæ
nec potam
quidem im-
phobilitatē
meretur.

13.
Ad mentem
tamen D.
Thom. non
esse probandū.

14.
Probatur 2.

Probat 3. homine lapsa. Deniq; ubiq; D. Thomas alijs locis hanc quæstionem tractat, de singulari actu dilectionis loquitur, ut videre licet quod lib. 1. art. 8. in 2. d. 28. q. 1. art. 2. & d. 33. quæst. 2. art. 2. ad ult. ergo immerito ille articulus tertius ad sensum peregrinum, & planè violentum traducitur. Etenim talem esse istiusmodi sensum, ratione etiam ostendere possumus.

15. Ratio autem est, quia diuersa sunt operari bonum, & perseverare in bonè operando, & idèd, licet ad perseverandum requiratur gratia, non idèd dici potest etiam ad operandum requiri, quia perseverare difficilius est, quàm operari; ita ergo aliud esse diligere, aliud in dilectione perseverare; nec quia ad perseverandum in dilectione sit necessaria gratia, bonè inferretur esse necessariam ad diligendum, sed aliunde hoc probari necesse est. At verò dilectio, quæ vocatur efficax in effectu, quia in re ipsa potest consequi effectum servandi omnia præcepta longo tempore, non est sola dilectio, sed est dilectio cum perseverantia. Quomodo enim dilectio facit servare præcepta longo tempore, nisi ipsa dilectio eodè tempore perseveret? Ergo quāvis homo non possit hanc dilectionem facere per vires naturæ, non sequitur, non posse diligere, sed non posse perseverare diligere, quod longe diuersum est. D. Thom. autem in illo articulo, & alij Theologi in hoc puncto non tractant de necessitate gratiæ ad perseverandum in dilectione, sed ad diligendum.

16. Et confirmatur, ac declaratur à simili, nam simpliciter verum est, fidelè per ordinariū auxilium gratiæ posse diligere super omnia, & vera dilectione charitatis Deum ut supernaturalem finem, quia potest simplicem actum huius dilectionis elicere, quamvis illa dilectio cum solo illo auxilio non sufficiat ad servanda omnia præcepta, & vitandum omne peccatum longo tempore, quia auxilium ordinariū gratiæ, quod sufficit ad sic diligendum, non sufficit ad perseverandum diu in tali dilectione, nisi maior, & specialior protectio Dei in natura lapsa homini cōferatur. Ergo similiter, si vires naturæ sufficiunt ad elicendum unū actum omnino absolutum dilectionis Dei super oia, quāvis per solas illas sine maiori auxilio non possit homo perseverare in illo amore, servando diu totam legem, nihilominus simpliciter dicitur amare Deum super omnia per vires naturæ. Deinde in supernaturali amore unus actus dilectionis absolutus est etiam efficax de se ad servandam totam legem, quantum est ex parte sua, & efficaciter auertit voluntatem à peccato, & conuertit ad Deum, nā propterea est sufficiens dispositio ad iustitiam; ergo similiter actus naturalis dilectionis est de se efficax, si est simpliciter absolutus, est enim eadem proportio. Et ratio vtriusq; est, quia amor non denominatur efficax observationis totius legis, quia illam de facto operetur multo tempore, quia neq; amor supernaturalis hoc semper facit, & multa efficaciter proponimus, quæ postea non facimus. Dicitur ergo efficax, non quia facit, sed quia de se aptus est facere, seu non in effectu, sed in affectu, & quia ille actus quamdiu durat, nō admittit secum aliquid contrarium diuino præcepto; ergo si homo potest viribus naturæ talem actum elicere, simpliciter dicendum est, posse diligere Deū super oia per vires naturæ. Et hoc est, quod D. Thom. & alij authores negant.

17. Igitur defendendo secundam opinionem superiori cap. contentam, quæ sine dubio probabilior est, ad difficultatem positam contra principale fundamentum eius dicendum est, non solum non posse hominē lapsū viribus naturæ cū effectu perseverare longo tempore servando mandata, sed et non posse vno simplici actu, qui breui tempore, vel et in momento haberi potest, absolute, & de se efficaciter velle diu servare omnia mandata. Et inde est, ut non possit simili actu omnino absoluto, & efficaci diligere Deum super omnia; quia hic amor, vel formaliter, vel virtute illud propositum includit. Ratio autem prioris partis est, quia eo ipso, quod diuturna observatio totius legis

naturalis, put in executione successivè fit, est impossibilis per vires naturæ; etiam simul apprehensa per modum unius obiecti amandi, seu proponendi, est obiectū simpliciter impossibile viribus naturæ. Quia voluntas non potest per vires suas naturales efficaciter velle; quod præstare per easdem vires est sibi impossibile, efficaciter, inquam, etiam ex parte affectus, & per propositum absolutū, ut sumitur ex doctrina Arist. 3. Ethic. c. 2. & D. Tho. 1. 2. q. 13. art. 5. & in lib. sequenti in multis actibus supernaturalibus declarabitur, & aliquid etiam in cap. seq. dicemus. Igitur ex impossibilitate executionis, quæ dici potest effectiva, oritur impossibilitas obiectiva respectu propositi omnino absoluti. Et inde consequenter est, ut supposita fragilitate hominis lapsi ad servandum diu integram legem naturæ, sit impossibilis absoluta dilectio Dei super omnia per easdem vires naturales, quia quod non potest fieri sine gratia, non potest etiam sine gratia absolute, & efficaciter proponi. Ex quo intelligitur facile differentia inter statū naturæ integræ, & lapsæ, & quomodo aliquid potuerit voluntas per vires naturales in illo statu, quod in præsentī non potest, cum tamen voluntas in sua entitate diminuta non sit, & consequenter nec virtus eius naturalis activa fuerit remissa. Dicendum est enim, hoc provenire ex mutatione obiecti, & ex diminutione potentie executionis saltem ex parte impedimentorum. Nam in Adamo obiectū illud servandi semper omnia naturalia præcepta proponi voluntati poterat ut possibile, & facile per vires naturæ, quia nulla erant impedimēta, nunc autem factum est impossibile propter contrariam rationem; illud autem obiectum, ut sæpè dictum est, includitur in amore absoluto, & super omnia, sine limitatione enim extendi debet ad placendum Deo semper, & in omni occasione, &c.

Dices. Ergo homo viribus naturæ solum poterit diligere Deum per velleitatem quadam placendi illi, non verò per actum aliquem, vel propositum, quod hoc verbo explicetur, *volō*, cōsequens autem videtur falsum, & contra experientiam, quia non solum fideles peccatores, sed etiam impij, Iudej Pagani, vel gentiles, qui verum Deum agnoscūt, illum interdum diligunt maiori amore. Cuius signum est, quia sæpè ex tali amore moventur ad aliqua opera bona moraliter: velleitas autem non movet ad opus, sed absoluta intentio. Negā dicere possumus cum fundamento, illos infideles habere huiusmodi amorē per auxilia gratiæ, quia hæc incipiunt à fide, ut supā diximus, illi autem solum motivo, & affectu naturali dicuntur.

Respondetur ad argumentum negando sequelam, nam inter illam velleitatem, & absolutum amorem super omnia, potest dari aliquis amor medius (ut sic dicam.) Nam potest esse amor Dei absolutus, non tamen uniuersalis, sed particularis. Sicut fidelis peccator vult honorare Deum, credendo in ipsum, & illi soli cultum tribuendo, quamvis non velit, malè parata restituere, & sæpè ex affectu ad Deum odit blasphemiam, vel in se, vel in alio, quamvis non amet Deum integrè (ut sic dicam) & uniuersaliter. Aliquem ergo huiusmodi amorem Dei possunt habere infideles, & ex illo moueri ad aliquod opus bonum, quamvis in peccatore fidelis sapius ille amor, licet imperfectus, sit ex gratia, & idèd perfectio. Deinde etiam in amore uniuersali potest inueniri medium inter purā velleitatem, & amorem omnino absolutum. Nā potest esse voluntas per modum propositi ex parte absoluti, & ex parte conditionati, absoluti quidem, quia reuera est per modum intentionis inducentis ad opus conditionati verò, quia nō omnino excluditur aliqua veluti limitatio, seu determinatio modificans actum.

Ad hunc modum explicui in lib. 4. de Prædestinatione cap. 2. voluntatem, quam Deus habet saluandi reprobos, quam dixi, esse per modum intentionis inducentis ad conferenda media sufficientia ad salutem, & caplatam nihilominus nō esse voluntatem omnino absolutam de salu-

de salute reprobatorum, sed cum hac modificatione, quantum in me est, quæ includit hanc conditionem, si ipsi velint. Et ferè ad eundem modum explicui actum penitentiæ in tom. 4. disp. 3. sect. 3. Ita ergo in præsentipote est intelligi dilectio Dei aliquo modo absoluta, licet aliqua ex parte conditionem includat, qualis explicatur per hæc verba, *velo, vel propono facere, quod in me fuerit, ad placendum Deo, vel id procurare, quantum potuerit*. Nam hic actus non includit repugnantiam, & de se mouet ad obseruationem mandatorum, nõ potest tamen dici simpliciter absolutus, nam illa modificatio inuoluit hanc conditionem, *si potuerit*. Et idè fortassè hic actus non repugnat haberi, licet raro, & difficulter per vires naturæ, non potest tamen dici absolutus amor Dei super omnia.

21. *Item ex parte naturæ.* Pote est hoc magis explicari exemplo voluntatis, seu propositi vitandi omnia peccata venialia per totam vitam, quod per ordinarium auxilium gratiæ potest iustus habere. Nam illud propositum prout est simplex actus, qui in instanti fit, est quidem aliquo modo absolutum, quatenus reuera homo vult adhibere diligentiæ, & facere quod potuerit, & ad id mouetur ex vi talis actus, & nihilominus non potest esse omninò absolutus, nam cum includat omnia peccata venialia tam ex surreptione, quàm deliberata, eius executio est simpliciter impossibilis iusto per ordinaria auxilia gratiæ, & idè semper includit hanc modificationem, *quantum in me fuerit*, quæ includit conditionem, *si potuerit*, per quam suo modo tollitur impossibilitas in obiecto. Ita ergo intelligi potest amor naturalis Dei, qui inducat hominem ad proponendum seruare legem naturæ quoad potuerit, non verò omnino absolute, & efficaciter.

22. *Falsè mens videtur fuisse Molina, & Banez, & Molina.* Et fortassè non aliud dicere voluit Molina, & expressius Banez indicauit dicens, non esse impossibile, quod homo nitatur, & proponat, *quantum in se est*. Et eandem particulam addidit Medina dict. art. 3. ad 5. Veruntamen quod ipsi dicunt, posse hominem ethicum in primo instanti vsus rationis habere illum amorem, & propositum per vires naturæ, saltem cum illa determinatione, quantum in me est: physice quidem verum est, moraliter verò, nõ credo esse ita possibile, vt ad effectum peruenire valeat; & in re ipsa exerceri. Quia ad huiusmodi actum concipiendum, præsertim ex pura beneuolentia Dei, magna cognitio Dei, magnatq; consideratio bonitatis eius requiritur, quam vix potest homo longo tempore obtinere, nedum in primo instanti vsus rationis. Quin potius etiam post multum tempus vsus rationis existimo esse posse rarissimum illum actum per solas vires liberi arbitrii, quia licet perueniri possit ad illud iudicium satis clarum, & de se practice inducens affectum, nihilominus ex parte appetitus erit semper actus ille moraliter impossibilis, vel difficillimus, quia postulat affectum multum liberum à passionibus, quod profectò esse non potest post multum tempus vsus rationis, nisi fuerit gratia præuentus. Atque ita concludimus, amorem absolutum simpliciter, esse simpliciter impossibilem ex parte obiecti; amorem verò secundum quid absolutum, id est, includentem illam limitationem, in reliquis verò vniuersalem, & super omnia, esse difficillimum, & idè vel nunquam, vel rarissimè solis naturæ viribus adhiberi posse.

23. *Idem mens videtur fuisse Molina, & Banez, & Molina.* Adhuc verò superest vna difficultas, & instantia, quia prædicta ad summum procedunt, quãdo is, qui Deum diligit, cognoscit imbecillitatem suam ad seruandam semper naturalem legem, & impotentiam inde provenientem actu considerat. Sæpè autem cõttingere potest, vt aliquis hanc impotentiam ignoret; imò existimet, se posse voluntatem illam erga Deum seruare, & præcepta omnia legis naturæ suis viribus custodire, si velit; quid enim mirum, si hoc existimet Pagani, quandoquidem Iudæi, & Pelagiani in hoc fuerunt errore: Imò aliqui etiam Catholici, & Theologi existimarunt, loquendo de sola lege naturali,

Pars I.

hunc non esse errorem: ergo qui ita existimauerit, poterit simpliciter habere illum amorem, & propositum sine vlla conditione, vel limitatione. Quin potius, etiam sine errore sola consideratio illius difficultatis inducens in obiecto moralem impossibilitatem, sufficit, vt voluntas feratur in illud absolute, & sine vlla conditione, quia tunc obiectum solum offertur tanquàm bonum, & possibile, non cogitando de difficultate, nec discernendo an illa possibilitas sit tantum physica, vel etiam moralis. At verò in his, qui amant Deum per simplicem, & momentaneum actum, vel proponunt in generali honestè viuere, regulariter intercedit hæc inconsideratio, ferunturque ex sola pulchritudine, vel honestate obiecti: ergo.

24. *Solutio.* Respondeo in priori casu de ignorantia per errorem, amorem habere quidem formam, & speciem absoluti actus, re tamen vera semper inuoluere conditionem, quæ illum inefficacem reddit. Declaratur, quia idè talis actus tunc videtur habere formam absoluti, quia operans putat conditionem ex parte obiecti necessariam ad talem actum in re subsistere, & ita semper includit dependentiam à tali conditione, idèq; cum verè, & in re ipsa non sit impleta, actus semper est virtute conditionatus, & inefficax. Idemq; est seruata proportionem in alio casu de inconsideratione, quia sicut amat, & proponit proprijs viribus, ita ex parte obiecti includit respectum ad proprias vires, atq; ita semper includit virtutalem conditionem. Quod non inuenitur in actu supernaturalis amoris Dei, nam sicut cõcipitur ex viribus gratiæ, ita ex parte obiecti, & quoad executionem eius habet respectum ad vires gratiæ, quæ ex parte Dei semper dantur sufficientes etiam moraliter, omnibus ex vera charitate diligentibus ipsum.

25. *Vltior solutio.* Ex quo tandem considerari potest alia ratio inefficaciæ in illo actu amoris naturalis, quantumuis ex errore, vel in consideratione per modum absoluti concipiatur, semper enim est de se infirmus, ac debilis ad vincendas difficultates. Idè enim quis in talem amorem prorumpit, quia vel non intelligit, vel non cogitat, quàm arduum habeat obiectum, ex quo fit, vt occurrente postea difficultate, faciliè à tali proposito recedatur, quia reuera quificafficitur, nunquam voluit Deum talibus difficultatibus præponere, sicut qui vult aliquid perignorantiam, non cõsetur id voluisse, quia ignorantia inuoluntarium causat. In quo etiam diuersa est ratio de amore charitatis, nam ille fundatur in fide, & spe diuini auxilij de se sufficientis ad superandas difficultates amori contrarias, & idè etiam comparando vnum simplicem actum amoris ad alium, multò efficacior est amor infusus in suo ordine, quàm amor naturalis in suo, quia & ex perfectione sua longè potentior est ad vincenda contraria, & ex parte obiecti executio est illi possibilis ratione auxilij diuini, illi quasi connaturaliter debiti, quod non habet amor naturalis, vt exemplificatum est.

26. *Extenditur.* Vnde vltèrius si quis cõsideret rationem, ob quam dicimus hunc amorem non posse fieri viribus naturæ, intelliget, assertionem non solum esse veram de amore beneuolentiæ, sed etiam de amore concupiscentiæ Dei, vt est nostrum bonum beatificum naturale, si sit in sua specie perfectus, & super omnia modo in capit. præcedenti explicato. Probatur, quia etiam amor includit propositum seruandi omnia præcepta naturalia, & vitandi omnia peccata auctori naturæ contraria. Quia licet non includat hoc propositum sub ratione tam perfecta, quàm est ratio amoris beneuolentiæ, nihilominus absolute includit illud, sicut intentio efficax finis propositum mediorum includit. Quia obseruantia omnium præceptorum naturalium est medium necessarium ad consequendum bonum sic amatum, non enim potest esse beatus, etiam naturaliter, qui authorem suum offensum habuerit: ergo eadem ratio impotentia est in homine lapsò ex parte huius propositi ad hunc amorem, quæ

Gg

est ad

est ad amorem benevolentie. Probatur, quia difficultas illius propositi non est posita in hoc, quod sub hac vel illa ratione magis, vel minus perfecta habeatur, sed in substantia (ut sic dicam) absoluti propositi, quia executio eius quoad observanda omnia præcepta etiam quoad substantiam eorum est impossibilis homini lapsi per vires naturæ, & ideo talis executio obiectivè proposita est obiectum impossibile, ac subindè incapax naturalis propositi absoluti. Hæc autè ratio eodem modo præcedit in tali proposito sub quacunque ratione naturali proponatur. Ob hanc ergo causam credimus assertionem propositam tam esse veram de amore concupiscentiæ Dei super omnia, quam benevolentie. Et licet auctores hoc differre non explicaverint, tamen vel indistinctè loquuntur, vel qui vnum affirmant, aliud non negant, vno, vel alio excepto, qui alio fundamento ducitur, scilicet quod omnis amor benevolentie sit supernaturalis, quod supra refutatum est.

CAPUT XXXV.

Quæ gratia sit necessaria in statu naturæ lapsæ ad diligendum amorem naturæ super omnia Deum ut auctorem naturæ?

1.

1. opinio.

Ratio.

DVas difficultates in cap. 32. n. 1. & 2. insolutas reliquimus, quibus in hoc, & sequenti capite satisfaciendum est. In priori postulat, verum ad habendum hunc actum in hoc statu, necessaria sit habitualis gratia sanans naturam quoad ablationem culpæ. Ita enim nonnulli affirmant, credentes esse sententiam D. Thomæ dicta quæst. 109. art. 3. quoniam dicit, hominem in statu naturæ corruptæ ab hac dilectione deficere, nisi sanetur per gratiam Dei. Gratia autem sanans naturam non est nisi gratia habitualis. Potestque hoc quoad mentem D. Thomæ confirmari, quia eadem gratia requiritur ad diligendum Deum super omnia, quæ ad servanda omnia præcepta naturalia longo tempore, iuxta dicta in capite præcedenti; sed D. Thomas in artic. 4. docet, non posse hominem implere omnia mandata sine gratia sanante, & clariùs art. 8. dicit, non posse vitare omnia peccata sine gratia habituali sanante; idem autem est, vitare peccata, & servare præcepta, quia non peccatur, nisi contra præceptum, unde nec vitantur peccata, nisi servando mandata; ergo cum D. Thomas dicit, requiri gratiam sanantem ad servanda omnia mandata, de gratia habituali loquitur; ergo in eodem sensu dicit, requiri gratiam sanantem ad diligendum Deum. Secundò potest eadem mens D. Thomæ colligi ex dicto art. 4. ad 3. quatenus dicit, non posse hominem lapsum implere præceptum de dilectione Dei ex puris naturalibus, secundum quod ex charitate impletur, quod interpretandū videtur causaliter, scilicet quia illud præceptum naturale non impletur in hac vita, nisi secundum modum charitatis, sed ad implendum quodlibet præceptum secundum modum charitatis est necessaria gratia habitualis, quæ à charitate non separatur: ergo eadem gratia requiritur in hoc statu ad diligendum super omnia Deum, etiam ut finem naturæ. Atque ita sentit Conrad. in dicto art. 3. & insinuant alij recentiores Thomistæ, & plures Theologi, licet ex alij principijs, ut statim referam.

2.

Notatio pro expendenda præcedenti opinione.

1. opinio a fruens amorem prædictum, &c.

Ut fundamentum, & veritatem huius sententiæ expendamus, oportet advertere, duobus modis cogitari posse, hanc dilectionem non posse elici ab homine lapsi sine gratia habituali, scilicet vel consequenter ordine saltem naturæ, licet concomitanter duratione temporis vel antecedenter, siue ordine temporis, siue saltem naturæ. Priori modo existimant aliqui Theologi antiqui, necessario esse coniunctam habitualem gratiam, cum hac dilectione, quia est sufficiens dispositio ad gratiam, & ita si non præcedit gra-

tia, saltem consequitur ad illam. Hæc sententia tribuitur Scoto locis citatis cap. 32. Veruntamen cum Scotus in tali dilectione, ut sit ultima dispositio ad gratiam, certam quādam durationem eius requirat, potius supponit, in tempore breviori posse dilectionem illam esse sine habituali gratia. Tribuitur etiam Caietano à nobis etiam citato in cap. 32. nu. 3. Sed ille potius docet expressè, posse hunc amorem aliquo tempore esse informem, id est, non formatum charitate, & consequenter sine gratia. Magis inclinat in hanc opinionem Gabriel, & Almainus, qui cum dicant, illum amorem esse sufficientem dispositionem, & certam eius durationem, aut intentionem non possunt, consequenter dicere coguntur, illum actum non esse sine habituali gratia. Veruntamen fundamentum huius sententiæ reprobum est, & erroneum, quia de fide certum est, nullum actum solis viribus naturæ elicibilem esse sufficientem dispositionem ad gratiam, ut infra ostendemus. Et hinc aperte concluditur, ratione concomitantie, seu necessariæ consecutionis non esse necessariam gratiam habitualem ad habendum hunc actum, quia nulla alia ratio illius concomitantie cogitari potest, præter rationem dispositionis ultimæ.

Dices, hoc rectè concludere contra prædictam opinionem, quæ asserbat, illum actum dilectionis Dei fieri viribus naturalibus: posse autem aliquem dicere illum actum elicibilem per auxilium gratiæ esse sufficientem dispositionem ad habitualem gratiam, & ita nunquam separari ab illa, saltem consequenter: sic n. hæc sententia non repugnat alteri dogmati, quod actus elicibilis solis viribus naturæ non est sufficiens dispositio ad gratiam. Respondet, etiam in hoc sensu illam sententiam non esse probabilem, sed omnino falsam: suppono enim sermonem esse de actu dilectionis naturalis, ut per se, & ex natura sua elici potest per solas vires liberi arbitrij, licet ex accidenti in natura lapsa, vulnera, & impedimenta eius, hoc impediunt. Unde etiam supponimus, sermonem esse de dilectione, quæ præcisè terminatur ad Deum ut auctorem naturæ, & solum includit observantiam præceptorum naturalium. Quod aduerto, quia potest aliter dici, in hoc statu dilectionem Dei etiam ut est auctor naturæ, nunquam elici, nisi per actum verum charitatis, & sub altiori ratione, qui modus dicendi est omnino distinctus ab opinione, quā nunc tractamus, & paulò post examinabitur, à numero 13.

Hic ergo positis dico, talem actum, etiam ut elicibilem per auxilium gratiæ non esse dispositionem, præsertim ultimam ad habitum gratiæ, saltem per se loquendo, & extra sacramentum. Hoc enim nunciatum est, ut talis actus etiam si factus non habeat necessariam coniunctionem cum habitu gratiæ, ut per se constat. Probatur autem assumptum primò, quia infra ostendam, nullum actum naturalem habentem eam tantum perfectionem, quæ de se viribus naturæ fieri potest, esse dispositionem ad gratiam, solum quia sit ex aliquo auxilio gratiæ, quia extrinsecum principium efficiens, si non reddat actum in se meliorem, & perfectiorem, non reddit illum magis aptum, ut ad gratiam disponat. Secundò magis in particulari, quia illa dilectio non convertitur hominem ad Deum secundum supremam rationem ultimam finis supernaturalis, & consequenter non potest esse fundamentum propriæ amicitie diuinæ, quæ in supernaturali communicatione fundatur. Item non includit propositum servandi omnia præcepta supernaturalia, & consequenter nec dolorem de peccatis contra eadem præcepta, neque de alijs ut avertunt à fine supernaturali, & ideo non potest esse sufficiens dispositio ad iustitiam, seu gratiam habitualem, neque ad remissionem peccati, quod à Deo, ut sine supernaturali hominem avertit. Tertiò probatur ex Concilio Tridentino sessione 6. capite 6. ubi describens dispositionem ad iustitiam, amorem Dei auctoris